corpori tuo esset in lapide meo nunquam aliquo modo tincturam daret et si daret
tincturam non teneret nisi tuo quemadmodum est tinctura Et meum finale secretum
est habere medicinam fusibilem ad fugandum [illegible] Et ideo quartus istorum duorum corporum
est uncia quod duo corpora cum coniuncta fuerint et recepta in compositione lapidis lapis est
in pregnatus in ventre venti Et hoc est quod dicit philosophus portat eum ventus in ven-
tre suo planum est quod ventus est aer et quod aer est vita et quod vita est anima Et ego
iam dixi tibi superius de anima quod vivificat totum lapidem Et ideo oportet quod ventus
portat lapidem et reportat et faciat totum magisterium et tunc sequitur quod [illegible]
recipiat suum nutrimentum a sua matre scilicet a terra Et ideo dicit philosophus nutrix eius
est terra id est lapidis Quoniam sicut fetus nunquam perveniet usque ad perfectam etatem
absque nutrimento sue nutricis ita et lapis meus absque fermentatione sue terre nunquam
perveniet ad effectum quod fermentum dicitur continentiam et quantum sit ego pre-
i. et alimento nutrimentis rei — tum cognitionem inveni rebus scilicet philosophus patri qui si de se recerunt a langa de terra
assilabunt meum in albedine et retinebit pondus Postea sequitur in toto
i. id est totius secreti mundi — telesmi mundi hic est id est hoc est in operatione lapidis est via finalis Et ostendit
eius operationes philosophus vocat operationem lapidis patrem totius telesmi id est totius
secreti vel totius thesauri totius mundi scilicet omnium lapidum inventorum in hoc
mundo Postea dicit philosophus vis quod te docebo quod fortitudo et virtus lapidis est
integra et perfecta et completa scilicet quando fuerit in suam terram versa Ideo dicit
Et virtus eius est integra si fuerit versa in terram id est si anima lapidis de qua anima
feci tibi mentionem superius quod anima dicitur virtus vel aer in qua tota forti-
tudo et virtus lapidis est si versa fuerit in terram lapidis et fiet taliter quod tota
substantia lapidis sit ita mutata a sua matre scilicet a terra quod totus lapis vocatur
in fermentum Et sicut in operatione ponis modicum fermenti multi et fermentat
magnam copiam paste Et postea totam substantiam paste convertit in fermentum
Ita et eodem modo vult philosophus quod lapis meus ita fermentetur quod multiplicatio la-
pidis totalem efficiat fermentum Postea philosophus tangit modum multiplicandi
lapidem Et primo ponit mundificationem id est dissolutionem lapidis et separationem partium
corporis dicens Separabis terram ab igne et subtile a spisso suaviter cum magno
ingenio Suaviter id est paulatim et non violenter sed cum magno ingenio scilicet in-
i. furnus — genio philosophorum Separabis id est dissolvens Quoniam dissolutio est separatio partium terre
ab igne subtile a spisso scilicet feces et sordicies ab igne aere et aqua
et a tota substantia lapidis taliter quod omnino lapis remaneat mundus et purus
absque sordicie Et hic lapis sic preparatus est conveniens ad multiplicandum et
bonus Et tunc philosophus ponit quod multiplicatio lapidis est finalis fusio et
i. fumus — liquefactio in virtute impressibili tam in duro corpore quam in molli Et
Ascendit lapis de terra in celum et iterum descendit de celo in terram Et philosophus in-
est Notandum quod iste lapis in prima sua operatione sit divisus in duas qualitates partes que
sunt secundum Clementem Anthiologium sicut predictum est Iste sunt due partes principales
scilicet una que ascendit superius que dicitur mercurius fixus alia que moratur inferius